



<sup>a</sup>  
IV. 29(2) Q.

(caA. 2, 14-21.)



li. 72, 3.

1464.  
6

8

Q. F. E.  
INFANS  
MONSTROSUS

VVITTEBERGÆ,  
D. 30. Augusti,  
ANNO M. DC. LXXIV.

NATUS  
DISQVIVITIONE PHYSICA  
P. P.

PRÆSIDE  
M. ANDREA GERET,

Onoldino;

&  
RESPONDENTE  
PETRO HÜTTLINGERO,

Svobacensi;

Francis,

In Auditorio Minori,

D. 30 M Septembr. Annō 1674. Horis maturinis.

---

WITTEBERGÆ,  
Typis & Impensis JOHANNIS BOKCARDI, Acad. Typogr.

7. 2, 17,

2, 16





1404

1404





## ADJUVANTE GOELE !

### §. 1.

**S**emper aliquid novi dies affert, & quæ admirentur homines, perpetuò adsunt. Non solita decurrunt modò: insolentibus sæpe natura etiam conturbatur. Nihil tamen sine causa, sine fine unquam accidit. Omnia nostri ergò, nosq; propter gloriam suam fecit ac facit Omnisapiens Numen Novimus. quotidiana vilescere, & quanquam scrutationi eorum perennis destinandus labor, vix considerari. Subducit consuetudo rebus magnitudinem, ut, quantæ essentia suâ sint, tantæ tunc non videantur. Quam primum autem deviat, peritissima Magistra, quam primum aliquid mutat aut mutilat, erigimur, commovemur, contemplamur. Non ibo per ambages: Nam minimè verbis opus, ubi rerum testimonia præsto. Homo, mundi & miraculorum Epitome, non leve opus est, non tumultuarium & incogitatum. Nihil in eo, quod ostentatione, quod admiratione indignum foret. Nihil quoq; eò, quo gloriaretur potius natura, aut cui potius gratularerur. Omnia hic magna, mira omnia. Ecquæ verò contemplatio eius? Exigua profectò, ac propemodum nulla. Nolle seipsum, scientia prima esto: Et eni non raro ultima fit. Qualem excellentiam concesserit nobis Conditor, citius haut agnoscimus, quam si destituti bonò tantò oculis obversantur. Monent tales nos, si non voce, habitu certe, ac objurgant. Miramur, non tam quòd magna monstra, quàm quòd foeda, quàm quòd repugnant. Sciscitamur deformitates, & prædicamus benignitatè Creatoris. Agite itaq; Dabimus & nos insolitis hisce ac deformibus vultum, dabimus animum: In promptu occasio est: Quod in sensus non ita pridem incurrit, intellectui etiam obficiendum. Neq; foeda fœpè cognitio, sed pulchra veri contemplatio ubivis est. Incitamus ita ad misericordiam OPTUMI, ad Clementiam MAXIMI DEI æternis præconijs extollendam. Geremus tamen & tales nos, ut inter limites persistamus, ut quæ intimiorem Medicorum curam, quæ divino rem Theologorum Zelum requirunt, nostris ne humeris imponamus.

§. 2. Ad investiganda autem monstra non disputandum

A 2

diu



diu, an sint, an non sint? Neq; cum Plinio, novitate alias saepe  
 decepto, ad eunda India, & vendendæ fabulæ. Habet Germania  
 satis, vel si non suffecerit, Europa, quæ novitate eâ non carent.  
 Liber à spectaculis istis ferme locus nullus est. Qui vetustiora  
 exempla desiderat, consulat ex multis *Gasparem Schottum*, qui  
 in *Curiosa Physica* suæ L. V. per capita 29. ex *Ulysse Aldrovando*,  
*Johanne Georgio Schenckio*, *Fortunio Liceto*, *Conrado Lycostbene*,  
*Arnoldo Sorbino*, *Martino Weinrichio*, *Schweickero* & alijs per  
 plura exempla collegit. Nobis recentissimū *Witteberga Sax.* se-  
 ptimanas ab hinc aliquot progenitum existentiam affatim pro-  
 bat. Recensebimus qualitatem eius, ut licet. Utinam enim  
 Anatomicus Culter interiora scrutatores & certiora edocuis-  
 set. Sed recusantibus obtemperandum Parentibus fuit. Im-  
 ploravimus interim *Experientissimorum Medicorum nostrorum*,  
*Magnifici D. D. Sennerti*, & *Excellentissimi D. D. Lossij* informati-  
 onem: Quorum curæ etiã ac operæ multum observantissimis  
 gratijs transcribimus.

§. 3. Nascebatur currente anno 1674. Die 30. Augusti, quæ  
 Dominica post Trinitatis XI., mane circiter horam sextam, Patre  
*Johanne WEBERO*, qui à devehendis in cellas dolijs operarius,  
 Germanicè ein Bierzieher, & Matre, *Elisabetha*, in urbe hæc  
 puer infans non-vitalis, sine articulatione, cum defectu plerorumq;  
 ossium & hydrocephalo. Statura eius sesqui quadrantem *Witte-*  
*bergensis* ulna exæquabat. Ventrem presentabat supremum infu-  
 mumq;, sed paucissima de medio. Caput quadrante longum pariter  
 ac latum capillata sua glabraq; parte gaudebat. In ea deprehende-  
 bantur synciput, ut in nuper editis fieri solet, tenerrimum, revera  
 osseum tamen, occiput item, sed propter absentem laminæ suturam  
 tergum versus pendulum, nec non tempora atq; vertex. Hæc dabat  
 aures ac faciem, Aures insuper tam partem primam, quam lobum.  
 In facie conspiciebantur frons ossea materia, oculus uterq;, nasi ex-  
 terni columna, labra, os, maxilla superior, mentum: Ast non sentie-  
 bantur presentia Nasi dorsum, maxilla inferior, os Ethmoides &  
 Sphænoides. Uti digitorum tactu explorantibus innotuit. Tumebat  
 caput & facies, qui affectus hydrocephalus alias appellatur. Nam  
 abundabat utrobq; magna seri copia, quæ per nares partim, par-  
 tim



rim per palatum effluxerat. Thoracis indicia minima aderant. De-  
erant quoad sensum collum, sternum, scapula, spina, costa. Solus  
pectoris, papillarum, tergi ac lateralis carnis signa quaedam adve-  
rebantur, & in dorso cartilagineo quid, quod partes molles fulcie-  
bat, tangebatur. His intervenientibus, capiti adjunctum videbatur  
abdomen. In quo Epiastrum ostendebat regiones suas tres, in me-  
dia etiam umbilici ligamentum; in infima autem sub pube penem  
ac scrotum sanguinei coloris. Diazomari fuerunt pulpa sua, clunes  
atq; pyga. Manus pedesq; ferè à vossio molis tantæ vix proportione  
sua respondebant. Adnata dorso brachia, & bis manus parva. Ab-  
domini contra adharebant femora, & illis vicissim parvi pedes. De-  
ficiebant autem axilla ibi, & cubiti, hic genua, tibia malleoli. Ce-  
terum articulatio, quæ omnino nulla, ubiq; desiderabatur.

§. 4. Recensita, quoad fieri potuit, re, quidditatem rei &  
causas inquirere decet. Nolumus autem nunc, quæ de monstro  
in genere aguntur, hic prolixè & cum tædio examinare. No-  
men curent alij: an à monstro monstrum; an e contra à nomine  
verbū, & illud à τῶν monitum derivari oporteat, Grammatico-  
rum lis est. Quæ eius ambiguitates sint, sedulò evolvit B.  
Sperlingius instit: Phys. L. 1. c. 9. p. 242. Quomodo monstra, prodi-  
gia, ostenta, portenta inter se distinguantur, annotarunt Marti-  
nus Weinrichius in comment: de ortu monstrorum c. 3. p. 16. seqq: in  
quo & multa circa usurpationē vocis Monstri quærit, Job. Gerh.  
Vossius in opere suo posthumo p. 327. sub titulo, monstrum. Defini-  
tionem realem Philosophis Medicisq; antiquitus citam exhibe-  
ruit idem Weinrichius l. c. per integrum caput VI. Examinavit  
eandem ac novam substituit Incompambilis Sperlingius l. c. Quæ  
ceterum controversiæ generales moventur, vel huc non qua-  
drant, vel in ipsâ disputatione passim occurrent.

§. 5. Hoc commemorare liber, quod speciem aliud mutet,  
aliud servet monstrum. In servit enim id scopo meo, ut inter quæ  
sibi locum præsens vendicet, pateat. Priora dari nemo ibi  
inicias, Loquitur Experientia testis, adsunt suffragio, quotquot  
ex commixtis diversarum specierum seminibus animalia orta.  
Quæcunq; de generatione principia assumpseris, ex singulis as-  
sertum fuet. De illis infra agendi locus restat: Hos paucis

A 3

demon-



demonstrandum. Applicabimus quæstionem ad casum certum, quò evidentius concludatur. Dicimus, ex homine & bruto non posse nasci hominem. Eamus per hypotheses: Statue, solum matrem causam efficientem sensuales tantum animæ corporisq; esse, materiam vero largiri matrem, sive ex omnib; jam corporis partibus semē defluat, sive non. Unde erit rationalis anima, quæ ex mente Stoicorum divinum aliquid in eâ agnoscentium aliunde insinuatur? Ad Deum confuges, qui intruserit illam in corpus tale? Certè iustissimus iniustitiæ argueretur. Ad hæc procedet nullo modò. Nam si homo mas & foemina brutum congregiantur, materia brutalis erit, quæ à rationali mente informari non potest. Recipit omne receptivum non ad modum imprimentis, sed ad modum receptivitatis suæ. Si autem vice versa brutum Pater & mater homo extiterint, nunquam istud animam rationalem progenerabit. Luculentius veritas ex nostris principiis deducitur, qui utriq; semini efficaciam concedimus, quicum semine propagationem animæ defendimus. Supplet quidem brutum alterius causæ partialis vices, sed ad generationis modo actum, non ad hominis productionem. Traducitur foetus talis non ex naturis, sed à naturis, & monstruosa generatio monstruosum genitum infert. Vid. exactissimam *B. Sperlingii* decisionem l. c. q. 15. p. 279.

§ 6. Sed hæc obiter ed, quòd divisionis fundamentum consolidetur. Nos ad monstra, quæ speciem servant, pergimus, quippe inter quæ Nostrum quoq; poni debet. Discrepabat enim insigni tantum enormitate ac deformitate à rectis alijs perfectisq; effectis. Peccabat ratione numeri in defectu: Aberant quippe partes, quæ adesse debuerunt. Ratione magnitudinis *deficiendo* quoad pedes manusq; &c. *excedendo* quoad caput. Ratione *Contiguitatis*: Dilectissima scilicet *Calvaria lamina* & *articulationis* expertus corpus fuit. Omnia superior relatio confirmabit.

§ 7. Defatigabitur igitur imposterum potissima cura, ut causas deformitatum harum, quanquam tantum σοχαστικῶς, eliciamus. Noli verò à nobis expectare generaliore cautarum evolutionem: Circa particulare versamur monstrum, ad particulares ergo causas accommodanda omnia. Neq; tamen præter

ter



8

termittamus paucis disquirere, quomodo Deus, quomodo cau-  
sam ad monstrorum productionem concurrat? Utraque causa uni-  
versalis est, universaliter utraque influet. De Deo rem amplissime  
diduxerunt multi Scholasticorum: vide ex innumeris *Ruvio-  
nem, Toletum, Conimbricenses*. Nobis prolixitas interdicta, &  
paucis expediendum negotium est. Consideratur monstrum,  
prout vel effectum vel defectum notat: Priori modo & in-  
tendere illud & cooperari in producendo eo naturam naturan-  
tem, causae universalis ratio postulat. Dependunt à causa prima  
particulares ac secundae omnes, ut in esse & conservari, ita &  
in influere & operari. Neutiquam tamen attingit enormitatem  
effectus. Quomodo enim in agendo deficient, qui agens om-  
nium perfectissimum sapientissimumque celebratur? A malo  
malum & à bono bonum tantum oritur. Graviter *Hacks-  
pianus in notis in varia scriptura loca p. 75*, loquitur: *Nemo sanus  
monstra referet in Deum autorem, ut talia sunt, cum ne natura quio-  
dem monstrum intendat: sed defectus est à causis particularibus,  
quae universalem determinant. Ecquae itaque ratione Deum im-  
mediate adeoque sine creaturarum concursu omnia bona creatorem  
monstruosa ejusmodi formae crederemus Conditorum, ubi in causa  
particulari defectus esse ne quidem poterunt. Permittit tamen,  
quod quia posteriorem modum scias, imperscrutabile Numen  
monstra fieri, & intendisse etiam eatenus dici debet, quatenus  
pronudo intellectus actu intentio capitur. Nulla praescientiam  
eius infinitam à causa sua latent. Etsi respectu Dei nihil sit for-  
tuitum, quia ille rerum omnium causas exacte novit: Respectu  
nostri tamen & causarum particularium multa sunt casu & for-  
tuito, quorum causas nos fugiunt: *Beatissimus Balduinus in fit in  
tract. de Casibus Conscient. p. 131*. Intricatiores res veniunt,  
quando intentio pro actu voluntatis cum respectu & ordine ad  
actum intellectus considerantem finem cum medijs usurpatur. Ar-  
bitramur nos, quod providentia divina ad monstruosos effectus in  
tali casu concurrat permittendo, impediendo, dirigendo, determi-  
nando. Gubernatio sane hominis tota divina est: à Deo pri-  
mus formatus homo, ab eodem hodie idem concipitur, forma-  
tur, vivit, in lucem prodit, agit, aegrotat, valet, moritur. Accipit  
haec*



hæc religiosus animus ut verissima, meditatur in corporum de-  
pravationibus voluntatem Dei, manumq; ejus moderatricem  
devotè agnoscit. Lucem affunderent dictis, quæ circa provi-  
dentiam Dei aliàs disputant Theologi. Sed ne in alienam  
messem falsè immittatur. Piè Cœlestis Theologus *Gerhardus* in  
*L.C. Tom. 2. p. 39.* philosophatur: *Aristoteles l. 4. de generatione a-*  
*nimalium cap. 4. monstra vocat παραβίασις natura, interim ta-*  
*men sciendum, quod monstra non eveniant præter intentionem*  
*primæ causæ sive naturæ naturantis, h. e. ipsius Dei, in se enim verum*  
*omnium eventus & providentiâ suâ prævenit, & sapientiâ suâ dis-*  
*ponit.* Quinimò *D. D. Scherzerus* in *Breviario Eustachiano p.*  
*173 quæst. phys. 33. impediensibus annumeratæ causis Deum nullus*  
*abhorret. Contingit (sunt verba eius) monstrum præter intentio-*  
*nem causa impedita, non verò causa impediens, quæ alia sæpe Deus*  
*est.* Moverunt verò Eum procul dubio, quæ *Ruvio* habet, quod  
malum naturæ non sit simpliciter malum, maximè si vindex  
peccatorum nostrorum Deus existat in improborum pœnam,  
piorum probationem, & non raro delinquentium admonitio-  
nem ac magni periculi præfagium.

§. 8. Contemplabimur brevius fidem, ac quid illa in pro-  
ducendo monstro valeant, perscrutabimur. Vendicabit sibi  
monstra Astrologorū fatuum fatum, innitens, ut hariolor qui-  
dem, æquivoca generatione sua. Non obscuram eius rei fidem  
mihi facit *Weinriccius l. c. c. 28.* ubi *Avicennam* ac *Albertum* alle-  
gat: Quorum illi non displicuit *Brassavole* deliramentū, monstra  
produci certis temporibus, & animalia perfectæ gigni posse cæli be-  
neficio ex communi naturæ materiâ. Hic loquutus, in exitum ho-  
minum à diluvio cæli beneficio restitutum esse, cum homines nulli  
essent, qui gignerent. Nec ipse *Gaspar Schottus* dissentire per o-  
mnia *l. c. c. 27. th. 2.* videtur. Nos sobriè explicatam influendi  
virtutē in inferiora hæc cœlo haut denegamus. Neq; tamen ad-  
signamus ei monstrositatem. Universalis causa universaliter a-  
git: Concurrit ad productionem corporum virtus indetermi-  
nata, particularibus proximum influendi exercitium relin-  
quendo. Quid, quod effectus, qui animatus est, ab animato  
semper proveniat, acino, nisi ex animis, inficiabitur. Nascun-  
tur



8  
tur, fateor, sub sidere tali monstra, at nascuntur nihilominus,  
etsi absit: Nec nascuntur, cum idem redit. Distingue modo quæ  
reliquum inter *monstruositatem pariendam* & *partem*, inter *in-*  
*fluxum siderum aliqualem* & *monstrificum*. In effectam jam de-  
formitatem aliquam inter dum astra dominari damus: Cres-  
cunt, crescente Lunâ, corporum nostrorum humores, & sic viti-  
osi eriam, decrescunt, decrescente eadem. Unde patet, quid *Scho-*  
*to* ad prolatum ex *Stengelio* exemplum reponatur. Pueri, cuius  
meminit, carnosum tuber, taurini capitis speciem referens, non  
à Lunâ, sed, si conjecturis venia, ab imaginatione quæ figuram,  
quæ materiam protuberantem à vitiosis humoribus ortum: Vitiosi  
autem humores postea ipsius Lunæ imperio tantum obediverunt.

§. 9. Verum generalia hæc sunt, & quæ cum reliquis  
monstro nostro communia. Ad specialia & propria magis de-  
scendendum, penitusque vitiosum corpus introspicendum.  
Accusanda hic *conceptio*, *conformatio*, *nutritio* erunt. Accidet  
autem jucundum, diversas prius sententias audire, quæ circa  
doctrinas tales eruditi fovant: Commodum, quid juxta unam-  
quamque evenisse debuerit, significare. Sæpe enim ex diversissi-  
mis hypothesebus idem conclusum sequitur. Primum igitur de  
*generatione*. Utrumque Parentem activè gignere communican-  
do semina sua, *Medicorum*, ut vocant communiter, & cum illis  
*nostris* schola docet. Subtiliter pro more suo defendit hæc  
ingeniosissimus Naturæ Scrutator *Sperlingius* in tract. de *for-*  
*mat: hom: in utero* capit: statim 1. q. 5. & c. 4. de *conceptione*, item  
in *dissertat: de semine* cap: 1. & c: *Medicis* contradicunt *Aristo-*  
*tetici*. Hi, quæ à Parentibus conferuntur genito, *σπέρμα* di-  
cere abhorrent: Patris symbolum non conceptus materiam, sed  
principium efficiens faciunt, nec à matre semen, aut aliud quid  
præter sanguinem afferri concedunt: *Evunva* denique generatio-  
nis materiam, & conceptionem, quando in utero existens illud  
genituram receperit, fieri propugnant. Insuper hæc omnia  
habet *Guilielmus Harveus* ex damarum sectionibus aliud edo-  
ctus. Negat *Anglus* hic in *exercitationibus* suis de *generatione*  
*animalium* tria hæctenus recepta principia: *Primo* vel ex semine  
vel ex sanguine concipi hominem, aut ullum animal: *Deinde*  
B ex eo



ex eo, quod à maribus in coitu excernitur, immittiturq; in  
fœminas, conceptum vel aliquam fœtus partem fieri, (imò pro  
impossibili judicat semen à maribus in congressu injici, aut ab  
uteri calore peculiari facultate trahi) Tandem, in utero haberi  
quid parati Sangvinis, ex quo à genitura mascula per coagula-  
tionem conceptus fieri atq; consistere possit. E. contrario pro-  
cessum generationis talem explicat. Primo requirit quidem,  
ut semen maris immittatur infœminam, quia sine eo ne quidem  
in oviferorum generibus fœcundi ovi conceptio fieri potest.  
Secundo, ut illud à locis, ubi deponitur, receptum rudo conta-  
ctu uterum alteret ac inficiat. Tertio ut propter hoc conta-  
gium alterata omnibus fere sensibilibus potentijs matrix ex u-  
bertim eò confluentē sanguine lentum albugineumq; humorem,  
albumini ovorum simillimum, efficiat. Quarto ut hoc factò, ma-  
triciſ tunicæ interiori, corrugatæ nonnihil ac madescenti, ad-  
pendantur mucosa filamenta ad instar telarum aranearum pri-  
mum quidem exigua, mox vero auctâ, & sui conjunctione mem-  
branosam ac mucilaginosam tunicam referentia. Quinto ut man-  
tica ea ex uteri membranis stillans albumen recipiat, & sic sex-  
to eò repleta verissimum xūna s: conceptus generationis pri-  
mordium fiat, idq; ultimo non in vel à coitu statim, sed secundo  
demum mense & vix ante octavam septimamq; hebdomada. Ad-  
jicit Harveo calculum ex parte Antonius Deusingius in Genesi Mi-  
crocismi sect. 1. §. 25. modo, quod fœmineum constantissimè semen  
defendat, adversarius. Deniq; in E ex ovo, quod in Mulierum  
testibus ante jam repositum, æquè ac pullum produci homi-  
nem formariq; propugnarunt nuperius Batavi quidam, Jo-  
hannes Van Horne, Theodorus Kerckringius, Regnerus de Graff &  
alii. Juvat ex Kerckringij Technographia Anthropogenia c. 1. mo-  
dum proposuisse. Quis crederet, nisi culter anatomicus id de-  
texisset, in ovo hominum non minus quam avium prima reperiri in  
cunabula &c. Reperiuntur ova ea in testiculis fœminarum, non tan-  
tùm earum, quæ per conjugij usum fœcunda sunt, sed etiam virgi-  
num, non secus, ac sit in gallinis, quæ ova ponunt, etiam si ignorent  
galli consuetudinem. &c: semen autem virile per tubas Falloppianas  
(dicuntur ita à Gabriele Falloppio, qui eas invenit) circum ductum  
per



9  
pervenit ad testes, & ibi cum ovo eodem modo, ac in ceteris ovio-  
paxis mira quidem & hactenus non explicata, sed vera tamen rati-  
one conjungitur: Atq; Ovum ita fecundatum per vas ejaculatorium  
ad uterum transit, & intra spatium duorum vel trium dierum ad  
magnitudinem cere si nigri majoris excrefcit &c: Prolixum foret  
examinare singulorum fundamenta, nec istud nunc munus  
subivimus. Nolumus etiam, ne libidinis arguamur, quan-  
quam non impura hæc materies, si animum non impurum at-  
tuleris atq; infectum. Compendiosè tradidit & sigillatim ea D.  
Pojnerus in disputatione quadam de principijs generationis & Na-  
tivitatis humane. Nos Præceptorum vestigia interim legimus,  
volumusq; ceterorum placita modò recensuisse.

§. 10. Quid verò circa formationem annotandum? Mate-  
ria, calor & vis plastica. Materia juxta Acutissimum Sperlingi-  
um erit formationis vel imperfecta, quod solùm semen, vel perfe-  
ctæ; ubi ex sanguinis per venam umbilicalem concursu cunctæ  
partes suam accipiunt complementum. Juxta Aristotelicos  
sanguis; juxta Batavos Anglosq; albumen illud colligvamentumq;  
Crystallinum. Ceterum calori infuso, aut alij alicui, quod in se-  
mine vel sanguine existit, principio vim eam plasticam commu-  
niter tribuunt. Verius autem adæquatam calorem principium  
esse negat Sperlingius passim in scriptis suis. Inest semini ani-  
ma, animæ virtus formatrix, cui calor, ut necessarium requisi-  
tum subordinatur. Hac fabrica, Scaliger ait exercit. 6. sect. 5. fit  
aut à substantia, aut ab accidente, aut ab utroq; non ab accidente  
solo: primum, quia nullum accidens agit nisi per vim sua substantia.  
Deinde, quia nullum accidens cognoscit. Illa verò virtus, tam nobilis  
templi architecta, sapientissima ab omnibus Phil. soppis judicata est.  
Ædificabitur igitur, à substantia At hæc forma seminis est. Confe-  
rantur quæ sæpe Laudatus Sperling. in citata dissertatione de semi-  
ne, quod animatum illud sit, per plura capita ængl. & proposuit.

§. 11. Nutritio succedit, arctiori cum conformatione vin-  
culò copulata. Nunquam generatio fiunt accretioq; citra  
nutritione, nec nutritio aut augmentatio sine generatione. Præ-  
cedanea quidem vis formatrix altrici est: At vix ab illa Em-  
bryonis stamina delineantur, cum hæc augere eadem incipit ac



perficere: Non eiusdem modo animæ actus sunt formam da-  
 re & nutrire, aut ab eodem principio fluunt: Verum inter se  
 insuper confimiles adeo, ut arduum sit eos ab invicem distin-  
 guere. Nutrit enim natura augetq; continuo singulas anima-  
 lis partes, quas Spiritus Plasticus incorporavit prius, non diversa,  
 sed eadem prorsus materia. *Sanguinem autem maternum u-*  
*niversale corporis alimentum esse, olim omnes crediderunt.*  
 Attrahit fœtus maternò utero vasorum & membranarum in-  
 terjectu alligatus, per oscula venarum miro artificio cocuntia  
 maternum sanguinem eumq; purissimum, vid. *Andr: Lauren-*  
*zium Histor: Anatom. c. 6. p. m. 659:* Rident hoc recentiores *Bata-*  
*vi Angliq;*, quos felicissimos multa experientia dextrè, erudit.  
 Rationem suggerit *Franciscus Glissonius de anatomia Hepatis c.*  
*45. p. 488, Quod ossa à sanguine tam multifariam distent, ut, ex*  
*ist hoc ea constitui plane incredibile sit.* Idem de plurib9 alijs spar-  
 tibus iudicat. Merentur legi, quæ circa opinionem hanc l. c. do-  
 cet. Unde *Gualter9 Charleton in exercitat: Phisic: Anat: de Oecono-*  
*mia animali, postquã exercit. 5. de usu sanguinis idem negasset, Ex-*  
*ercit 10 de distributione succi nutritij per nervos pag. 186. quã par-*  
*tes spermaticas aliud nutrimentũ adponit. Refert munus hoc in*  
*mitiorẽ & dulciore quendã succum materia seminali, ex qua partes*  
*omnes spermatica dicta primum constituuntur, congenerem: Putat,*  
*ultimum sive adaptatum dictarum partium nutrimentum à cere-*  
*bro & medulla spinali mediãntibus nervis ad illas derivari. Alle-*  
*gat, quod nervi sexta Conjugationis in cerebro ad ventriculum se*  
*protendant: quod cum alijs nervis tam diversimode ac mirifice con-*  
*nectantur, nullum alium obfinem, quam ut connexiones ista aliquo*  
*modo ad succi nutritij commodam distributionem faciant. Quamvis*  
*enim par illud ambulatorium seu vagum ( ut ab Anatomicis salu-*  
*tantur, ) à cerebro exortu adeo exile sit, ut, qui ab eodem enati sunt,*  
*minores videantur, quam ut universo corpori inserviando pares*  
*sint, neq; etiam illi ad artus partesve externas distribuantur. Huic*  
*nutrimentum reliquũ totius ferme corporis nervis magnum admi-*  
*randumq; intercedit commercium, eiusq; ramuli ad plures partes*  
*disseminantur, quam ullius alterius nervorum conjugationis. Plura*  
*apud Autorem reperies.*

§. 12. Hæ hypotheses illæ variae, ex quibus quomodo u-  
 rum



9  
num nunc proveniat, Indagabimus. Progrediemur ordine, primò, de *fœtus conceptione*, Deinde de *concepti conformatione*, tertio de *formati nutritione* circumspicientes. Quæritur ergò, an & quodnam in *conceptione* vitium monstrositates has causaverit? Ex *Sperlingianis* placitis sufficiens seminis copia in uteri cavum injecta non fuit. Deinde nec injectum crassiores ejusmodi partes, quibus ossium materia universa deinceps præpararetur, sufficienter continuit. Utrumq; ex conformationis intuitu postea verisimilius reddetur. *Aristotelici* inopiam Sanguinis prætendent, & quod genitura Parentis conceptionem debito modo non adjuverit. Per *Harveum* oportet & asseclas suos, quod non sufficienter in uterum sanguis affluerit, nec albumen ex utero (fortassis non recte per maritale semen alterato) in cavitatem effluerit.

§. 13: Plura circa *conformationem* annotanda obviamentur. Non equidem hic accusanda *anima facultasq; formatrix* erunt. Quia *actum primum suum* hæc ubivis semper eadem, nec diminuuntur, nec augentur: ab extrinseco saltem quia *actum secundum exercitiumq;* sæpenumero impediuntur. Nequit Artifex, quamlibet industrius, opus feliciter inchoatum perficere, ubi vel materia improba est, vel instrumenta retusa. Semen culpandum, quod parciter à Patre immissum, quod liquidum, quod fluidum nimis fuit. Ita *Sperlingio* faventibus loquendum. Nunquam valet liquidius distendi *σπέρμα* in venas, nervos, arterias, ac concrefcere in solida. Ad hæc contrariæ Facultatis semina generantes conjunxisse, quis mordicus negabit? Hæc autem postmodum impedimento sibi invicem extiterunt, ac inæqualis substantia spiritus dissimiliter excitavit vel distribuit. Omnia probabilia sunt. Pater ferè sexagenarius; mater demum 26. annorum fuit. Retulerunt mihi ætates has ex Parentum ore probatæ fidei homines. Decrescit ergo ibi innatum calidum, quod hic augetur magis: ubi autem calor deest, ibi liquidius, ibi vitiosius semen oritur. Pater idem ex absentia articulatione, in formando fœtu naturam defecisse. Neq; vexat nos, quod quædam ossa appaerent, quod reliqua non satis perfecta quoad confidentiam fuisse viderentur. Aliud est crassiorem solidioremq; materiam omnem abfuisse: aliud non sufficientem omnibus crassioribus membris adfuisse. Sanguinem maternum suum introspiciant *Aristotelici*, & procul dubio inibivitosum quid reperient. Defectum albuminis hic prætendant (siquidem ex eo judicare vellent) *Batavi*. Quamquam juxta eos potissima causa in nutritione ponenda. Juxta omnium mentes Calorem, quantum quidem requirebatur, desideremus, oportet. In igne enim consistit vita,  
san



sanè hæc dicimus. Ignis urere & condensare crassiora debet. Stabunt hæc omnia, si quæ in antecedentibus dixi, firmo talo steterint. Ad hæc, frigidioris forsitan temperamenti Parentes sunt, id quod de Senescente Patre facilius concedetur. Si hoc foret, parcius & minus calidum turgidumq; non ita vitali spiritu semen elaborari haut iustè potuit.

§. 14. *Nutritio tandem à B. Sperlingij & Peripateticorum* quoq; exquisitiori inspectione non liberabitur: Non percocta plene hic dicitur sanguinis pars, quæ ad alimentum foetui destinatur. Non serum, quod vehiculi instar sanguini est, munere suo perfunctum. Non per sudores digestum, à renibus tractum, & ab his per uteres in vesicam suam transcolatum. Disperdidit potius sanguinem, superavit eum multitudine sua, & copiâ nimîâ condensandis ossibus nocuit. Ex Batavorum opinionibus nutritionis vitium hoc modo patet. Suppeditat nutrimenta cerebrum, & ut Embryonis formationi mox succedat nutritio, est de inevitabili necessitate: Hæc partes singulas, apponendo ijs ex congenerere materia alias, integrando item, & agglutinando indiès auget. Hæc adeo easdem ampliat, ut debitam tandem vitæq; actionibus explendis necessariam magnitudinem nanciscantur. Verùm & hoc *παιδίω* nostro recusabatur. Indè etiam articulationis vitium, ab indispositâ scilicet alendi materia. Crassiori succo, quippe qui naturæ suæ maxime proportionatus, delectantur ossa: ast unde illum receperint? serosum cerebrum seri plus quam succi distribuit: Redundabat enim in eo illud, quod largior effluxus significavit. Deficiente autem alimento, deficiat & illud, quod alitur, nec sarrion oportet: Nec ad consistentiam idèò perduci potuerunt ossa, quæ quæquam & delineata in formatione prima fuissent. vid. *Kerckringij Osteogeniam factuum*, in qua quid cuiq; ossiculo singulis accedat mensibus, quid vedecedat, & in eo per varia immutetur tempora, accuratissimè oculis subjicitur.

§. 15. Ast unde scaturit excedens ille liquor? Fontis certitudinem denegata Anatomia denegavit. Conjecturis tantum res expedienda omnia est. Est animalis spiritus officina cerebrum. Latent in eodem Lymphatica vasa, Testem habemus Nobilissimum Dominum *Loffium in disput. de Lanquore Lymphatico ἀνὰ σάρακα. §. 10.* Nos, inquit, observavimus sub cerebri meningibus triduo post mortem militis cuiusdam, qui à concussione cranij mortuus & a nobis dissectus erat, ubi hinc inde manifeste vasa lymphatica disseminata conspiciebantur. Hinc disrupta fors vel læsa caprotulerunt quantitatem



titatem nimiam in debile cerebrum, infecerunt etiam illud, ut in lympha ferosiorum multam partem conversum liquerit. Hoc autem ineptum nunc prorsus redditum elaborare crassiores succos vomodo potuit? Mutavit potius secum nutrimentum omne in vitiosos humores. Ex eodem principio disruptionem hiatumque; Lamina patiebatur. Tenerrima illa semper in Infantulis, nec omnino clausa est: Hic v. extendens se supra modum sericopia, quam decebat, illam quoque; distraxit, ut ad tergum Ideoque; carnosam intumescens occipitis pars necessario reclinaret.

§. 16. Hæc monstri ortus principia, hæ causæ, hi fontes. Ex his factum, ut Patrem suum conterreat infans. Hoc miseræ animæ infeliciter elaboratum domicilium. Sed elegantiori aliquando cultura reedificabitur. Faciet & in eo Deus (*Augustini* similitudine ex L. 22. de C. D. c. 19. utor) quod artifex solet, qui statuam deformem, sive consulto talis facta sit, sive casu & artis errore, rursus dissolutam igne in pulchriorem potest figuram perducere, ut eadem substantia maneat, deformitas prior absit. Modum restituendi Creatori relinquemus. Non enim naturæ opus est, sed infiniti agentis ac potentia. Sed suspicari non & ex signis nonnullis prævidere quis potuerit, quod gravida mater monstrum gereret? Nihil hic nos determinabimus. Si, quas observationes Medici habent, inevitabiliter calamitatem ejusmodi prædicerent, infausta mater omnino curas & dolores anticipare debuisset. Intumescere supra modum & consuetam molem venter, valebat ipsa deterius toto tempore, fastidiebat cibos, caput acerrimè dolebat & cruciatibus in Utero perpetuis affligebatur. Videbatur, ut facta est, sæpe ipsi mirum, quod à conceptione ad natiuitatem usque nunquam Embryonis motum in utero sentiret. Sed anima, cum ἐν ἐλέχεια corporis sit naturalis organici, functiones suas sine conveniente organo non edit. Non cœperunt rite formari ossa, & nervi membranaeque; ac vincula humore lento & mucosum plena resicari. Non incepit ergo & παιδίον moveri, elevari, in latera torqueri, calcitrare. Intercepti & constricti & pauci animales spiritus, in serosum cerebro insuper nec rite formabantur, nec per nervos dextrè dispensabantur. Unde igitur motus proveniret? Vivebat tamen usque; ad partum, & brevi ante illum vitam amittebat; Illud corpus adhuc maximè coloratum certificavit. Hoc  
intus




intus collecta in cerebro aqua acceleravit. Hydrocephalos plerosq; mortuos, paucos superstites prodire, annotavit *Weinrichius* l. c. P. 2. capit. 32. p. 29. Scilicet comprimit animales spiritus in cerebro, constringit & obtundit copiosius serum, ne in diaphragma illi organaq; cetera justo modo influere valeant. Inde vita quidem, sed non sensus, non motus adest, ac illa etiam ipsa ob defectum horum tandem expirare cogitur. Impeditur enim propter denegatum diaphragmatis motum Respiratio, difficilis alias in recentissimè nato foetu: Describit infantem, ut in exclusione sicut oculos claudat moriens ante, quam natus: Hinc quia sine motu, sine sensu, sine vitâ fuit, laboriosè & non sine periculo edebatur.


§. 17. Properamus ad finem, finem monstri huius respicientes: Malè in monstros finem quæri (quæ ad naturam attinet) cum *Moreano* *Weinrichius* docet l. c. cap: 9. p. 75. Interceptus ille ab impedimentis, quæ motum solverant. Et cuius in imperfectione essentia, illi perfectio, quæ ipse finis est, non inest. Aberrat potius à fine suo natura, & primario id, quod deforme produxit, non intendit. Operatur quidem aliquid formando. At finis hic, non primarius, non ultimus: aliquis saltem, propinquus est. Ad hæc nec ad pulchritudinem universi monstra faciunt. Deforme quod est, ex tripode loquitur *Sperlingius* *inst: Phys: l. c. q. 16. p. 28. pulchrum non ornat, sed deformat. Pulchritudine quod caret, quomodo pulchritudinem dat alteri. Formaliter sane non dat, quippe quo pacto pulchrum non nisi à pulcro. Virtute ejus si inquiris, deforme deformare spectas. Ad varietatem, quæ delectat, si confugis, iam non in re, sed in sensu pulchrum quæris. Quo pacto gratiam lucis tenebrae umbræ, commendant. &c.* Quod si alius vero philosophari quidam & decerni monstra à Deo volunt, non accidere, illis finem concedemus sine lite, sed ex longè alijs, quam naturæ principia sunt. Partus monstrosi semper ferè ominosi: in proverbium abiit. Monstrare aliquid sinistri, si non semper, sæpissimè tamen, munus quod hæc æneus strenue executi sunt, plenis buccis contestatur. Rejjicit, & quæ assensum repugnantibus vix extorquent, habet omnia hæc *Michael Hasland Medicin. D & Prof. Giessens. in monstro suo Hasfiatico c 3. p. 28. seqq.* Nos hic nihil definimus. Rogamus modo benignissimum Numen, avertat *Clemens*, si qua funesta ominetur, minetur.

ALTISSIMO GLORIA!











IV.

diu, an sint, an n  
 decepto, adeund  
 satis, vel si non fu  
 Liber à spectacul  
 exempla desidera  
 In Curiosa Physica  
 Johanne Georgio  
 Arnoldo Sorbino,  
 plura exempla co  
 primanas; ab hinc  
 bat. Recensebim  
 Anatomicus Cult  
 set. Sed recusant  
 ploravimus inter  
 Magnifici D. D. Ser  
 onem: Quorum c  
 gratijs transcribi  
 §. 3. Nasca  
 Dominica post Tri  
 Johanne WEBER  
 Germanicè ein Q  
 puer infans non-v  
 ossium & hydroc  
 bergensis ulna exa  
 mumq; sed paucissi  
 ac lacum capillata  
 bantur synciput, u  
 osseum tamen, occ  
 tergum versus pen  
 aures ac faciem, A  
 In facie conspicieba  
 zerni columna, labi  
 bantur presentia  
 Sphænoïdes. Uti di  
 caput & facies, qu  
 abundabat utrobiq;

sape  
 ania  
 rent.  
 tiora  
 , qui  
 ando,  
 bene,  
 pers  
 x. se  
 pro  
 enim  
 cuis  
 Im  
 rum,  
 nati  
 limis  
 i, que  
 Patre  
 rius,  
 hâc  
 umq;  
 tite  
 infio  
 riter  
 nde  
 vera  
 ram  
 abat  
 sum.  
 ex  
 ntie  
 s &  
 ebat  
 Jam  
 par  
 sim

